



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1000. Usque Ad Annum 1063

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117956

§. 22. Wigbertus Episcopus Merseburgensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66323)

Sæculum XI. gangus prædixerat, auxit. Tagmundus
A.C. 1004. multis donis Regem & Reginam, eosque
 qui iisdem secum ab obsequiis fuerant,
 ut gratum animum ostenderet, cumula-
 vit.

§. XXII.

*Wigbertus Episcopus Mersebur-
 gensis.*

Inde Henricus Rex Merseburgum se con-
 tulit, ut solaretur Ecclesiam tamdiu
 Sponso privatam, & pristinae Dignitati
 restitueret. Ibidem Tagmundus conse-
 cratus est Archiepiscopus Magdeburgen-
 sis in Festo Purificationis die secunda Fe-
 bruarii, anno millesimo quarto, ab Ar-
 chiepiscopo Moguntino Willegiso, utri-
 usque Suffraganeis, atque Papæ Legato
 præsentibus & consentientibus. Et qui-
 dem ab ipso Papa eum ordinari oportuif-
 set, si præsens rerum status eam profe-
 ctionem suscipere permisisset. Tunc quo-
 que Rex Episcopatum Merseburgensem
 Wigberto Capellano suo contulit, adje-
 ctis omnibus, quæ Gislerius huic Eccle-
 siæ contra fas subtraxerat, atque in si-
 gnum Investituræ publice ei tradidit Ba-
 culum pastorem Tagmundi Archiepi-
 scopi, qui Wigbertum eadem die qua-
 tuor Suffraganeis assistentibus ordinavit.
 Ut vero Rex damnum Ecclesiæ Magde-
 burgensis repararet, prædium proprii sui
 Domi-

Dominii & magnam partem Reliquiarum Sæculum XI.
 S. Mauritii ex Regio Sacello acceptam A. C. 1004.
 dedit. Reliquiæ ex monte S. Joannis in
 urbem translatae, & non obstante quod
 summa hyems esset terraque nive con-
 tacta, ipse Rex nudis incedens pedibus
 eas portavit.

Wigbertus Episcopus Merseburgen-
 sis patriam habebat Thuringiam, ab Ot-
 trico in Schola Magdeburgensi eruditus.
 Cum ingenua pueri indoles optima edu-
 catione exculta fuisset, eum Gisilerius
 Archiepiscopus sibi ab obsequiis esse vo-
 luit, diu apud se arcanorum conscium
 habuit, & Archipresbyterum creavit.
 Sed tandem cum ejus calumniatoribus
 aliquando faciles aures præbuisset, Wig-
 bertus offensus, relicto Archiepiscopo,
 se Regi Henrico addixit, sibi que ejus fa-
 vorem conciliavit. Erat Wigberto spe-
 cies haud vulgaris, decens corporis ha-
 bitus, vox amoena. Præterea acer con-
 silio, eloquentia quoque valebat, contu-
 bernalibus suis jucundus, in omnes muni-
 ficentissimus. Ceterum Ecclesiam suam
 datis compluribus agris, magno librorum
 numero, aliaque suppellectile Divina of-
 ficia celebrantibus necessaria locuple-
 tavit.

*Ditm. lib. 6.
 p. 68.*

Tagmundus vero Archiepiscopus vi-
 tam ducebat ab omni labe purissimam,
 just-

Sæculum XI. iustitiæ amans, & charitate proximi ar-
 A.C. 1004. dens, lenis sed constans & prudens sub
ibid. p. 75. habitu Canonorum Institutum Mona-
 sticum servabat. Nullus Episcoporum
 illius ætatis familiarius cum Clericis suis
 agebat, eos magis diligebat, & frequen-
 tius coram populo dilaudabat. Singulis
 diebus Missam celebrabat & Psalterium
 recitabat, nisi morbo impediretur. Et
 quia valetudine jejuna prohibebatur,
 hunc defectum largis eleemosynis supple-
 bat. Noctu sæpissime vigilabat. Prius-
 quam S. Sacrificium obtulisset tristis &
 severus videbatur; postea hilariter
 omnibus colloquebatur. Nobili sangui-
 ne ortos amabat, nec tamen plebejos
 spernebat. Ceterum rem Ecclesiæ suæ
 tribus urbibus, uno latifundio & vesti-
 bus Episcopalibus magnificis auxit.

§. XXIII.

Episcopatus Bambergensis.

ibid. p. 66. Jam pridem Henricum Regem deside-
 rium subierat Babenbergæ seu Bam-
 bergæ in Franconia Episcopatum insti-
 tuendi. A puero hanc urbem amabat,
 sui patrimonii partem, & postquam Re-
 giam consecutus est Dignitatem, coepit
 in ea ædificare Ecclesiam, & omnia ad
 Divinas Laudes peragendas requisita
 congerere. Quia vero Bambergæ Diœ-
 cesi Herbipolensi subjecta erat, rogavit
 Rex